



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

64. Quæ species ad altare & non ad sacrificium offerantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Ut nihil aliud in sacrificio Domini offeratur
præter id quod Dominus statuit. *Ex*
canonibus Apostolorum tit. III.

LXIII. Si quis Episcopus aut Presbyter
præter ordinationem Domini alia quædam in
sacrificio offerat super altare, id est, aut mel,
aut lac, aut pro vino siceram, aut confecta
quædam, aut volatilia, aut animalia aliqua,
aut legumina, contra constitutionem Domini
faciens, deponatur de gradu.

Quæ species ad altare, non ad sacrificium,
sed ad benedictionem simplicem debent
offerri. *Ex canonibus Apostolorum*
tit. IV.

LXIV. Offerri non liceat aliquid ad alta- Burchard. lib.
6. c. 6.
re præter novas spicas & uvas & oleum & thy-
miana, id est, incensum, tempore quo sancta
celebratur oblatio.

Ut ea quæ in Ecclesiis offerri non possunt,
ad domos sacerdotum à fidelibus
deferantur. *Vbi supra tit. v.*

LXV. Reliqua poma omnia vel primitiæ
ad domum Episcopi & Presbyteri dirigantur,
nec offerantur in altari. Certum est autem
quod Episcopis & Presbyteris & Diaconis &
reliquis Clericis dividantur.

Quid in sacrificio Domini offerri debeat.
Ex Concilio Vvormaciensi cap. XXIX.

LXVI. In eucharistia non debet aqua pu- Concil. Bra-
char. 3. c. 2.
Concil. Vvor-
mac. c. 4.
ra offerri, ut quidam sobrietatis causa fallun-